

119.

260

Sigmundus I. Rex Polonia
Capitaneis Exercitus Sui Regni
in Prussia.

Magistri et Generosi Sincere Nobis dilecti. Scripsit
Nobis R. d. D. Epus Varuuiensis bona sua et
Ecclesia sua Magnis et Continuis periculis ef-
se exposita, vastariq; et diripi, non solum ab ho-
stibus, sed etiam a Vris Militibus petens, ut se-
curitati suae, et subditorum suorum gratiosè providere-
mus. Nos non libenter videremus, ut ipse D. Epus
destitui omni subsidio Vro deberet, qui
cum sit Subditus et Consiliarius Vr̄i, non li-
cet illum indefensum relinquere, volumusq;
et mandamus S. Vris prohibeant, ne ulla da-
mna aut incendia in bonis illius et eius Ec-
clesiae committantur possunt enim Vr̄i mi-
lites ire pabubatum ad terras hostiles, et non
attingere bona Subditorum Vrorum, et quia timet
etiam idem D. Epus, ne Vr̄is D. Magister vires suas in se convertat, et oppidum
eius Repel oppugnet, volumus ut S. Vr̄e illi
confortent, et oportuna Subsidia illi ferant
ne de Vr̄a in se gra et protectione desperet
Ceterum Equites Bohemos contineant Vr̄e
S. in servitio Vro, et bono ac forti Animo
esse jubent, et admoneant, bonis et benegnis
verbis ut pecuniam, qua illis missimus accipiant
et diligenter perpendant, quo in statu sint nunc res
Vrae cum hoste Vro, qui indies magis hostiliter, et
contumeliose se erga nos gerit, nec ad officium de-
bitum redire posse videtur, nisi vi et armis co-
herceatur, quod ut fieri possit, admittantur sedulo Vr̄a
S. et Exercitum Vrum in fide et disciplina militari
contineant pro officio suo et gra nra que bene valeat. Dat. 1520.

L. Tomicius

S. Tomitius Epus Regni Pol^{ae} Vicecom:
 Nicolao Firley Palatino Campiductori

Mg^{re} Dⁿⁱ Auice et fautor honorauit. Nuntii
 qui erant huc missi a D^{no} Mg^{ro}. Responderunt su-
 per articulis, qui illi dum hic esset, erant oblatis, sed
 responsum illor^{um}, quemadmodum v^{ris} D. istic, ita
 et nobis hic nihil placuit, erat enim tale, quale
 vix facere illos decebat, si Regiam Witten, et ma-
 iorem partem Consiliarior^{um} Rⁿⁱ, quod absit, in
 Captiuitate sua haberent, Itaq^{ue}, remisimus illos
 in Malam Crucem, et declarauimus aperte,
 q^{od} et nunc et postea quandiu vel minimum exta-
 bit vestigium Nobilitatis Polone, nunq^{am} eius:
 modi conditiones, quas nunc proposuerunt,
 ab eis acceptabuntur, quid postea medita-
 buntur euentus declarabit, verum, D^{nus}
 Epus Pomesanien^{sis} certo promittit Mg^{rum}
 omnino huc esse venturum, et pacem perpe-
 tuam Juraturum. Quod ipsum ego quoq^{ue} bene
 credo et spero futurum, modo v^{ram} Witten
 fortiter oppugnationem Civitatis Braunsburg
 prosequant, et hostem contumacem, et arro-
 gantem omni ex parte vigeat. Valeat et sit
 felix v^{ra} D. et me diligat Datt: 1520

S. Rex P.